



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Praefatio Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

## PRÆFATIO AD LECTOREM.

**D**IT A vira que Praxi, tūm compendiaria Visitationis Episcopalis, tūm exactissima Diœcesanæ Synodi, illud vnum reliquum erat, & pernecessarium, ut quā breuissimā quoque methodo materiam vniuersam Decretorum, & Visitationis, & Synodo suppeditarem. Hanc ego puto presenti volumine trāditam, scilicet, copiosam, perbreuem, ordinatam. Copiosam; quia non eā tantum, quē hodierno usui deseruunt, sed multo plura, quae Episcopum scire decet, respectu Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Abbatum, & aliorum minime sibi subiectorum, ut suum cuiq[ue] tribuat Episcopus sine propria potestatis prejudicio. Perbreuem, quia velut per Aphorismos, seu axiomata, paucissimis verbis contentius, omissa Doctorum multiplici citatione, res ipsas composito. uno vel altero Doctore citato, & libenter recentiore, qui ab alijs, & qui fassus easdem explicat, vel ex professo probat. Ordinatam denique; quia Summis starum more, ordine Alphabetico, titulos inuenies, supra ducentos; & in unoquoque titulo, vel doctrina, vel actionum ordinem obseruare poteris.

Porro ipsimet Aphorismi in triplex sunt differentia: alijs definituam ( ut ita loquar) habent sententiam; cuiusmodi sunt ijs, qui auctores habent Paires Concilij Tridentini, Interpretes eiusdem Concilij Eminentissimos, Indices controversiarum inter Episcopos, & Regulares, Libros prohibitorn, & Sanctissima Inquisitionis, Sacrorum Rituum, & quos magis veneramus, Summos Pontifices; à quibus ne latum quidem vnguem declinare debemus. Alij partim definituam, partim consultiuam, respectu diuersorum: & ijs sunt, qui ex Concilijs septem Prouincialibus Ecclesie Mediolanensis hausti sunt, recognitis, & approbatis à Sede Apostolica, quos Episcopi illius Prouincia tenentur sequi; si vero sequantur & alijs extra Prouinciam, sine dubio modicam merebunt laudem. Reliqui, quos placita Doctorum dixerim ( dum eorum nonnulli negant, affirmant alijs) consultiuam tantum habere videntur sententiam: tu benigne Lector, a quo volueris, poteris stare. Breuioribus, ad breuitatem opusculi vtor Notis in cut andis auctoribus, quas tamen explicabis facile, his adnotatis.

(Conc Trid.) hoc est Concilium Tridentinum.

(Pius V. Anno 1569. & simil.) hoc est in Bullario Pontificio, Constitutione illius anni de materia, de qua Aphorismus: vel Decretum editum, & impresso eo anno Romæ.

(Decisum refert) idest, a S. Congregatione Interpretum Concilij Tridentini.

(Congr. S. Kit.) idest: Congregatio S. Rituum.

(Congr. Ep.) scilicet: Congregatio Card. super negotia Episcoporum, & Regul.

Predicta vero Decreta indicasse sū fatis, ut originalia, si opus sit, curare facilius posset.

Asterisco notata sunt ea, quæ Romano prelo data, iussu maiorum fuerunt pro tempore promulgata.

(Congr. Ind. librorum, & S. Inquisitionis,) non nisi impressa, & vulgata commemorari Decreta.

(Prou. 1.2.3.4.5.6.7.) hoc est, Concilia Prouincialia Mediolanensia iam edita, & prelo data.

Reliqui auctores patent, & premanibus habentur omnium; unde, uti receptos usu communis eos citavi idcirco libentissime.

Si quid in his laude dignum est, Deo, & auctoribus, unde sumpsi; tribue: si quid errati, mihi ignosce, benigne Lector, & Vale.

IN.